

F.R. 67.

Z e
4277

M. mons. ap. quinque parvulae sicuti sunt
magisterie certam, tunc obit mihi cecit, et
ipso modo, non satis duxere, tunc illa res
debet. Quid enim iste sit pectoris forte
et deinde? Deinde tunc conciliis, sed quod est de
quoniam obit apud fratres in interius quinque
lepidissime sollicito posse in latrone, communione de suis coo-
pissimis. Quod ita nunc quis sit, tunc nullus tunc
potest. Utique hoc est deus, utique tunc et pater, ut
pater, utque filius pater, utque fratres pater, utque
fratres.



V. C.

HENRICO AVGVSTO SCHVMACHERO

CORBACO VALDECCIO

ILLVSTRIS QVÆ GRIMMAE FLORET

SCHOLAE PROVINCIALIS

PRORECTORI VOCATO

LONGE DIGNISSIMO

HONORES NOVOS

EX ANIMO GRATVLANTVR

M. GODOFREDVS VVAGENERVS IVTREBOGA SAXO

ET

IOANNES GODOFREDVS MEHNERVS FREIBERGA HEREDVRVS

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA





Mnem, qui diuinis humanisque literis animum instruere conatur, summa ope niti decet, ne sibi modo, uerum aliis quoque, natus esse uidetur. Quid enim iuuat, sibi sapere soli, doctesque, DEImunere concessas, defodere quodammodo et abstrudere malle, quam expōnere, et, tanquam pretiosas imaginis diuinae reliquias, collocare bono in lurnine, communesque ad usus conserue. Quod si uero quis alios uult instituere, prius et ipse non spēnendos in studiis progressus fecerit, oportet, ne caecum forte caccus ducat, adeoque obſit magis, quam proſit. Conſtat enim exploratumque eſt, infinita in difcētes dimanare damna, ſi ab iis doceantur, qui iipſimē adhuc erant docendi. Contra ea, quid non emolumenti ab eo fit expeſtantum, qui ratione et uia quam conuenientiſſima, perque annum haud unum ab ſe trita, manu quaſi ducere potest eos, quorum ingenia, mores, proſectus, concrēduntur iipſi et committuntur. Haec autem ſeſe non aliter habere, cognitum Tibi pridem fuit, Clarissime Vir, eandemque ob causam, inde ab eo tempore, quo Muſis Te conſecraſti, contentione niſi que in id incubuſti omni, ut uera ſolidaque eruditione animum excoſeres probe, ac tandem, optimis liberalibusque artibus ornatus, ſi DEO O. M. ita uifum foret, uel puriori eius coetui, uel orbi literato, pro uiribus poſtes inſeruire. Ne igitur primae optimaeque florem ae-tatis in ſocordia tranſigeres ac deſidia, Charifimi Tui Paren-teſ, ingenii ad literas natuſi indiciis mature in Te perſpectis, disciplinae Te uirorum, eruditione praeftantium, tradiderunt, ubi ita Te geſiſti, ut omnes ac ſinguli ingenuam liberalemque indolem Tuam oppido collaudarent. Posteaquam patrio in Gymnaſio per aliquot annos bene profeceras, duetique CL. IOSIAE STRVBEÑII, Rectoris ibidem meritiſſimi, ſpecimen haud contemnendum, de Philosophiae origine, progreſſu, uſu et abuſu, exhibueras, de Praeceptorum lenientia dignus cenſebare, qui in celebratiſſimam propter Albim Academiam, a multis iam annis abs Te, certa quadam animi inductione, deleſtam, commigrares. Veniebas itaque, mirifica diſcendi cupiditate impulsus, hanc in Vrbem, omnibus pietatis artiumque ſtudiis abundantif-ſimam, animumque, literis optime iam praeparatum, afferebas. Cum uero minime ignorares, egregia in homines, DEI et na-ruae beneficio, collata munera, niſi excoſantur identidem et au-geantur, languescere nimis, hoc etiam in loco foedus cum Mu-

sis contrahebas, mentemque Tuam, gloriae, id est, uirtutis, studiosissimam, ad sacras profanasque literas applicabas, uiam, semel abs Te initam, haud prius deferendam, ratus, quam, more modoque ueterum in Olympiis cursorum, pleno quasi gradu ad metam, non sine laeto spectatorum applausu, peruenires. Audierdos ergo et sequendos Tibi proponebas Viros, in suo quemque genere exercitatisimum, LOESCHEROS, NEVMANNOS, VVERNSDORFIOS, SCHVRZFLEISCHIOS, VVICHMANSHVSIOS, SCHROEEROS, CLAVSINGIOS, ZEIBIGIOS, CNAVTHIOS, aliosque complures, atque, ut studia his Tua quam diligentissime probares, scholis ipsorum eruditissimis assidue intereras, eorumque fidelissimas de rebus diuinis pariter, ac humanis, commonefactio[n]es, sipientis in modum, auidissime hauriebas. Sigillatim, in magna felicitatis parte ponendum esse, putabas, coelesti quodam nutu contingisse, uti Summus inter Saxonas Polyhistor, SCHVRZFLEISCHVS ille Tuus, Vir fama meritisque per omnem, qua cultior est, orbem celeberrimus, eiisque Amplissimus Frater, HENRICVS LEONARDVS, fraternae uirtutis, doctrinae, dignitatis ac fortunae, heres et amplificator felicissimus, magna Patriae Tuae ornamenta, inter alia, nuper abs Te singulari scripto celebrari coepta, breuique in lucem plenius producenda, hac in Academia amplis praecessent muneribus, qui studia Tua et prudenti institutione, et consiliis salutaribus, iuuare mirifice possent et augere. Qua Tu quidem spe haudquaquam es lapsus, propterea, quod iidem illi maximi Ciues Tui, quibus patria urbs Tua uere gloriari potest, Te non ingenti solum benevolentia et amore fuit amplexi, sed modis quoque omnibus elaborarunt, ut, pro incomparabili sua humanitate, prospicerent rationibus Tuis et consulenter, Patronisque, Dresenae in primis, Excellentissimo IOANNI FRIDERICO REINHARDO, Potentissimo Poloniarum REGI, et PRINCIPI EL. Saxoni, a Consiliis in Tribunali redditum fructuumque metallicorum, Te Tuiusque una Musas de nota meliore commendarent. Eo in loco per triennium fere ita laudabiliter uixisti, uti suae ipsos commendationis haud poeniteret, utque Patroni et Maecenates Tui, animaduerso, in omni Te literatura humaniore nauiter esse uersatum, Latinamque haud secus, quam Graecam Ebraeamque, Linguam didicisse ubertim et callere, Saxonae PROCERVVM Tibi gratiam conciliare non dubitarunt, eo quidem commendationis pondere, ut nominatim Grimmam, ad capessendum Pro-

rectoris, quod ibi uacare coeperat, munus, haud ita pridem uocareris. Hanc insignem, Tuique paeclaris studiis omnino congruentem, prouinciam minime duxisti recusandam, propterea, quod ipsa Te natura finxit ad hoc uitae genus, quodque eruditione Tua non Tibi solum uelles prodeesse, sed aliorum etiam ad usum, uitaeque ad commoda, scientiam cuperes transferre. Qua quidem nuntiata re, mirum in modum nos, quorum alter hic per aliquod tempus contubernio, consortio alter Dresenae, fructus est Tuo, exhilaratos esse, credas, eaque de causa, non possumus, quin, pro arctissimo necessitudinis vinculo, quo iam dudum nesciimus et iugati, cum gratulatum nos societate coniungamus, et, cum ceteris Tui amantissimis, nouas honorum accessiones, quas digne legitimeque recentes es adeptus, maxime felices Tibi ac diuturnas exoptemus. Idcirco proprium aeternumque NVMEN religiosissime obtestamur, ut in notio hoc munere omnia Tibi ex animi sententia fluere sinat, quacque possunt nocere, clementer auertat, quo sartus, tectus, quam diutissime de literis atque instituenda inuentute promereri queas. Ac, tametsi, diu noctuque in isto Scholae puluere, nimium plerisque molesto, degere uitam, ac inuenies, ad uitia tantum non omnia proclives, perdomare, moribus item et literis perpolire, rei nequaquam leuis sit negotium, ipse tamen Scholarum autor, DEVS, nunquam non aderit Tibi, suoque Te SPIRITV excitabit idem et armabit, ut curas omnes, et omnes molestias, bene ac patienter sustinere possis. Neque uero pauci sunt, qui Scholas earumque Doctores alto semper supercilio despiciunt, quem tamen contemptum animo non fracto tolerare, seculique iniurias generose aspernari, praefstat, quando uel hoc solatii loco esse potest, DEVVM olim ipsum, in horto amoenitatis pleno, post eumque Patres coetus diuini antiquissimos, hoc eodem fuisse officio perfunctos. Age igitur, Amplissime Vir, quodque animo fortis administrare coepisti munus, ornare nunquam desiste, ubi relque diligentiae huius Tuae fructus cape, certus interea, nihil tam arduum fore aut aperum, quo Tua uirtute et industria uel tandem, ope DEI, non possis eniri. Scribebamus Vittembergae apud Saxonas, in extremo anni Christianorum CIC ID CC X

F.R. 67.

Z e
4277



V. C

HENRICO AVGVSTO HVMACHERO

CORBACO VALDECCIO
TRIS QVAE GRIMMAE FLORET
SCHOLAE PROVINCIALIS

RECTORI VOCATO

LONGE DIGNISSIMO

HONORES NOVOS

EX ANIMO GRATIANTVR

REDVS VVAGENERVS

REDIS VAGINERVS IVTREBO

ODOFREDVS MEHNERVS FRIEBERGA HERB. DYSIUS

~~FRANCIS~~ FREDERICK HERBERT DURRANT

BRUNSWICK, 1855-6. THE LATE MR. JAMES
BROWNELL, JR.



Farbkarte #13

A color calibration chart featuring a 4x6 grid of colored squares. The columns are labeled from left to right as Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, and Magenta. The rows are labeled from top to bottom as Black, 3/Color, White, and D.M.C. The colors transition through various hues and saturation levels across the grid.